



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Festum SS. Trinitatis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

norare, & consolari Matrem? hoc non
fit, misereri fratrum?

Festum Sanctissimæ, ac Indi-
viduæ Trinitatis.

EXHORTATIUNCULA I.

SCit, quanta sint beneficia Creationis,
Redemptionis, Sanctificationis, &
Vocationis. Et his quid debet? se to-
rum. Reddat ergò, quod debet toti SS.
Trinitati. Solvamus! hæc dies est gra-
titudinis nostræ.

Instructio meritoria.

In aliqualem tantæ Bonitatis satis-
factionem oremus 12. *Pater & Ave*
cum *Te Deum Laudamus*. Jungamus
& tres actus heroicis abstinentiæ, qui-
bûs nostrum probemus amorem SS.
Trinitati. Deus! quod habemus per-
te, tibi denuò reddimus.

II.

INquirere de SS. Trinitate, perversa
curiositas est: Credere, & tenere,
sicut sancta tenet Ecclesia, fides, & secu-
ritas est. Videre autem eam, sicuti est,
summa, & perfecta felicitas est. Chare!
non

non & nos eò suspiramus? feliciter per-
tingemus, si comites habeamus fidem,
spem, & charitatem ardentissimam. So-
rores sunt, stringamus.

Instructio meritoria.

Et ut firmiter has virtutes Theologi-
cas teneamus, pergamus ad Ecclesiam,
& in honorem SS. Trinitatis tria Altaria
salutemus, ubique recitandò tria *Pater*
& *Ave* cum *Credo* & tribus *Gloria Pa-*
tri &c. Deus in templis: Quid mora-
mur? vult quæri! vult rogari! mendi-
ci & pauperes sumus: Et mendicare
erubescimus?

III.

EGo Deus, & non mutor. O gau-
dium! multa, & mirabilia operatur
in nobis SS. Trinitas; verùm manet
semper Unus, & indivisus Deus. Cur
homo tam citò mutatur & avertitur à
bono? & nos imagines simus Sacro-
sanctæ Trinitatis? deploremus incon-
stantiam.

Instructio meritoria.

Singulîs diebûs Dominicis speciale in-
eamus pactum cum SSS. Trinitate, &
quid-

quidquid vel agendum, vel patiendum
occurrerit per septimanam, absolute
consecremus ei omnia. Pacto subjun-
gamus: *quicumque vult salvus esse &c.*
ad Nomen SSS. Trinitatis profundè no-
stra inclinemus capita nobiscum illud
ruminantes: *si Deus ego sum, ubi honor
meus.*

Festum pretiosi Corporis D. N.
Jesu Christi.

EXHORTATIUNCULA I.

Duo à nobis petit Jesus Captivus in
Venerabili Sacramento: *amorem
& compassionem.* Amorem; quia in
cibum, & potum se nobis obtulit totum;
compassionem, quia necdum finis of-
fensarum, ac irreverentiarum, quibus
quotidie contristatur in suo Amoris Ta-
bernaculo. Quid igitur agendum, ut &
diligamus, & diligendò Dilecto compa-
tiamur?

Instructio meritoria.

Pro avertendis gravioribus offensis,
ac injuriis *Litanias* de Sacrosancto hujus
Sacramenti Mysterio recitemus in tem-
plo.